



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 18. Responsum Regis ad Deputatorum postulata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

§. XVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1582.*Responsum Regis ad Deputatorum
postulata.*

Absoluto hoc sermone Archiepiscopus hæc Cleri postulata Regi scripta tradebat, rogans, ut desuper responsum daret: verum Rex duntaxat hæc reposuit: „Sacri Ordinis mihi præcipua „est cura, sicut antea semper fuit, ceterum erit, ut ad eorum postulata brevi „respondeam., Ad hæc Bituricensis Archipræsul novam decimam Clero impositam remitti instabat, addens, sperare se, ab hoc onere Clerum liberatum iri, si regia sua Majestas serio allatas rationes perpendere vellet: attamen Rex suis exactionibus satisfieri voluit: quinimo haud benignius iidem Deputati habebantur in quibusdam privatis congressibus, quos cum primo Præsidente circa Concilii Tridentini promulgationem instituebant, quapropter Ecclesiastici sinistro hoc successu territi, sua comitia die nona Augusti hoc eodem anno millesimo quingentesimo octogesimo secundo solverunt.

§. XIX.

*Christophori Thuani primi Præsidis
obitus.*

C 4

Hoc